



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris, Thesibus, Dictatis Theologicis

[S.l.], [ca. 1692]

1663. Joannes Martinon.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39173

I. PARS. haberet priorem illam gravitatem, non autem posteriorem, per quam peccatum mortale constituitur, & homo fit indignus Dei amicitia.

JOANNES MARTINON.

1663.

Joannes Martinon etiam Gallus in suo Opere in folio Parisiis edito anno 1663. sic discurret Disp. 15. de peccatis sect. 1. n. 8. Difformitas peccati dupliciter spectari potest. 1. Quatenus repugnat naturæ rationali ut tali: & sic dicitur PECCATUM PHILOSOPHICUM, quia sub eâ ratione consideratur à Philosophis moralibus. . . . 2. Quatenus repugnat Legi Dei pro suo jure exigentis oppositum: & sic dicitur offensa Dei vel injuria, & PECCATUM THEOLOGICUM. Et infra: Multi peccant agendo contra rationem, qui finem ultimum sibi non proposuerunt, aut de illo non actu cogitant, neque advertunt se à fine deflectere. . . . Multi peccando non cogitant semper de Lege divinâ, neque de Deo, neque de Gratiâ supernaturali, de quâ plerique infidelium nihil unquam audierunt.

1664.

THOMAS COMPTONUS CARLETON.

Anno subsequente 1664. P. Thomas Comptonus Carleton Anglicus, hac habet Tom. 1. Theol. Scholast. Disp. 104. sect. 4.

Diximus ratione diversæ deliberationis, seu advertentiæ, peccatum veniale transire posse in mortale: nunc ergo videndum quo pacto advertentia ad rationem peccati concurrat, & num semper requiratur, præsertim cum detur peccatum inadvertentiæ. Dicendum cum P. Vasquez hic d. 107. cap. 3.

Tan-